UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

# M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

## Cicero, Marcus Tullius

## Lutetiae Paris, 1522

Pro T. Annio Milone. Oratio XXXIX.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-431

Visual Library

# Oratio

## PRO T.ANNIO MILONE. ORATIO.XXXIX.

ETſi vereor Iudices,ne turpe ſit,ꝓ fortiſſimo viro dicere incipientẽ,
timere:minimeqꝫ deceat,cũ Titꝰ Annius Milo ipſe magis de reip.
ſalute,q̃ de ſua ꝑturbet̃,me ad eius cauſam parẽ animi magnitu-
dinem afferre non poſſe:tamẽ hęc noui iudicii noua forma terret
oculos:q quocũqꝫ inciderint,veterẽ conſuetudinẽ fori,& priſtinũ
morem iudiciorũ minime vidẽt.non eñ corona cõſeſſus veſter cin
ctus eſt,vt ſolebat,nõ vſitata frequentia ſtipati ſumus.nã illa pręſi
dia,quę ꝓ tẽplis oĩbus cernitis,etſi cõtra vim collata ſunt,non affe
runt tamẽ oratori aliq̃d,vt in foro,& in iudicio,q̃q̃ pręſidiis ſalu-
taribus,& neceſſariis ſepti ſumus,tamẽ ne nõ timere quidẽ ſine ali
quo timore poſſimus.quę ſi oppoſita Miloni putarẽ,cederẽ tẽpori Iudices,nec inter tantam
vim armorũ exiſtimarẽ oratori locũ eſſe.ſed me recreat,& reficit Cn.Pompeii ſapiẽtiſſimi,&
iuſtiſſimi viri conſiliũ:qui ꝓfecto nec iuſtitię ſuę putaret eſſe,quẽ reũ ſententiis iudicũ tra-
didiſſet,eundẽ telis militũ dedere:nec ſapientię,temeritatẽ cõcitatę multitudinis auctorita-
te publica armare.quãobrẽ illa arma,centuriones,cohortes,nõ periculũ nobis,ſed pręſidium
denunciant:neqꝫ ſolũ vt quieto,ſed etiã vt magno animo ſimus hortant̃:neqꝫ auxiliũ modo
defenſioni meę,verũ etiã ſilentiũ pollicent̃.reliqua vero multitudo,q̃ quidẽ eſt ciuium, tota
noſtra eſt:neqꝫ eorũ quiſq̃,quos vndiqꝫ intuentes ex hoc ipſo loco cernitis,vnde aliqua pars
fori aſpici põt,& huiꝰ exitũ iudicii expectãtes,nõ tũ virtuti Milonis fauet,tũ de ſe,de liberis
ſuis,de patria,de fortunis hodierno die certari putat.vnũ genus eſt aduerſum,infeſtũqꝫ no
bis,eorum,quos P.Clodii furor rapinis,& incẽdiis,& oĩbus exitiis publicis pauit,q heſterna
etiã cõcione incitati ſunt,vt vobis voce pręirent,q̃d iudicaretis. quorũ clamor ſi quis forte
fuerit,admonere vos debebit,vt eũ ciuẽ retineatis,q ſemper genus illud hominũ,clamoreſqꝫ
maxios ꝓ veſtra ſalute neglexit.Quãobrẽ adeſte animis Iudices:& timorẽ,ſi quẽ habetis, de
ponite.nã ſi vnq̃ de bonis,& fortibus viris,ſi vnq̃ de benemeritis ciuibus,poteſtas vobis iu-
dicandi fuit:ſi deniqꝫ vnq̃ locus ampliſſimorũ ordinũ delectis viris datus eſt,vbi ſua ſtudia
erga fortes & bonos ciues,q̃ vultu & verbis ſępe ſignificaſſent,re & ſentẽtiis declararẽt:hoc
ꝓfecto tẽpore eã poteſtatẽ oẽm vos habetis,vt ſtatuatis,vtrũ nos,q ſemꝑ veſtræ auctoritati
diditi fuimus,ſemper miſeri lugeamus:an diu vexati a ꝑditiſſimis ciuibus, aliquãdo ꝑ vos,
ac veſtrã fidẽ,virtutem,ſapiẽtiãqꝫ recreemur.quid eñ nobis duobus laborioſius Iudices?q̃d
magis ſollicitũ,magis exercitũ,dici,aut fingi poteſt?q ſpe ampliſſimorũ pręmiorũ ad rẽp.ad-
ducti,metu crudeliſſimorũ exitiorũ carere nõ poſſumus.Et quidẽ cęteras tẽpeſtates,& ꝓcel
las in illis duntaxat fluctibus concionũ,ſemꝑ putaui Miloni eſſe ſubeundas,qꝛ ſemꝑ ꝓ bonis
contra improbos ſenſerat.in iudicio vero,& in eo cõſilio,in quo ex cunctis ordinibꝰ ampliſ
ſimi viri iudicarent,nũq̃ exiſtimaui ſpẽ vllã eſſe habituros Milonis inimicos,ad eius non ſa
lutem modo extinguẽdã,ſed etiã gloriã ꝑ tales viros infringendã.q̃q̃ in hac cauſa Iudices,
Titi Annii tribunatu,rebus oĩbus ꝓ ſalute reip.geſtis,ad huius criminis defenſionẽ nõ abu
temur:niſi oculis videritis inſidias Miloni a Clodio factas,nec deprecaturi ſumus,vt crimẽ
hoc nobis multa ꝓpter p̃clara in remp.merita cõdonetis:nec poſtulaturi,vt ſi mors P.Clo-
dii ſalus veſtra fuerit,idcirco eã virtuti Milonis potius,q̃ populi Rom. felicitati aſſignetis.
ſed ſi illius inſidię clariores hac luce fuerint,tũ deniqꝫ obſecrabo,obteſtaborqꝫ vos Iudices,ſi
cętera amiſimus,hoc ſaltẽ nobis vt relinquat̃:ab inimicorũ audacia teliſqꝫ vitã vt impune
liceat defendere.Sed anteq̃ ad eã orationẽ veniã,q̃ eſt ꝓpria noſtrę quęſtionis,vident̃ ea eſſe
refutanda,q̃ in ſenatu ſępe ab inimicis,ab improbis ſępe iactata ſunt,& in cõcione etiã pau-
lo ante ab accuſatoribus:vt omni errore ſublato,rẽ plane q̃ venit in iudiciũ,videre poſſitis.
Negãt intueri lucẽ fas eſſe ei,q a ſe hominẽ occiſum fateat̃.in qua tandẽ vrbe hoc hoĩes ſtul
tiſſimi diſputãt?nempe in ea,q̃ primũ iudiciũ de capite vidit M.Horatii fortiſſimi viri: qui
nondũ libera ciuitate,tamẽ populi Ro.comitiis liberatus eſt,cũ ſua manu ſororẽ eſſe interfe
ctam fateret̃. An eſt quiſq̃,qui hoc ignoret?cũ de homine occiſo q̃rat̃,aut negari ſolere omĩ
no eſſe factũ,aut iure factũ eſſe defendi.Niſi vero exiſtimatis dementẽ P.Aphricanũ fuiſſe,q
cũ a Carbone Tribuno pl.in concione ſeditioſe interrogaretur,quid de T.Gracchi morte
ſentiret,reſpondit iure cæſum videri.neqꝫ enim poſſet aut Hala ille Seruilius,aut P.Naſica
aut L.Opimius,aut C.Marius,aut me conſule ſenatus non nefarius haberi,ſi ſceleratos ci-

Pro tẽplis.

Pręirent voce.

Adeſte aĩs.

Homicidii defenſio.

M.Horatiꝰ

ues interfici nefas eſſet.Itaq; hoc Iud.nō ſine cauſa fictis fabulis doctiſſimi homines memo=
rię prodiderūt:eū,qui patris vlciſcendi cauſa matrē necauiſſet,variatis hominū ſententiis,
non ſolū diuina,ſed etiā deę ſapiētiſſimę ſentētia liberatū. Q2 ſi duodecim tabulę nocturnū
furem quoquo modo,diurnū autē,ſi ſe telo defenderit,interfici impune voluerūt:quis eſt,
qui quoquo modo qs interfectus ſit,puniendū putet?cū videat aliquādo gladiū nobis ad oc
cidendum hominē ab ipſis porrigi legibus. Atq ſi tēpus eſt vllū iure hominis necandi, quæ
multa ſunt,certe illud eſt nō modo iuſtū,verū etiā neceſſariū,cū vi vis illata defendit.Pudi
citiam cū eriperet militi tribunus militaris in exercitu C.Marii ꝓpinquus eius imperatoris,
interfectus ab eo eſt,cui vim afferebat.facere em̄ ꝓbus adoleſcēs periculoſe,q̄ perpeti turpi=
ter maluit.Atq; hunc ille vir ſummus ſcelere ſolutum periculo liberauit.Inſidiatori vero,&
latroni,q̄ poteſt afferri iniuſta nex? Quid comitat⁹ noſtri?quid gladii volunt? quos habere
certe nō liceret,ſi vti illis nullo pacto liceret.Eſt ergo hęc Iudices non ſcripta, ſed nata lex:
quā nō didicimus,accepimus,legimus,verū etiā ex natura ipſa arripuimus,hauſimus, expſ
ſimus:ad quā nō docti,ſed facti,nō inſtituti,ſed imbuti ſumus:vt ſi vita noſtra in aliquas in
ſidias,ſi in vim,in tela aut latronū,aut inimicorū incidiſſet,omnis honeſta ratio eſſet expe=
diendę ſalutis.ſilent em̄ leges inter arma,nec ſe expectari iubent:cū ei,q expectare velit, ante
iniuſta pœna luenda ſit,q̄ iuſta repetēda.etſi perſapienter & quodā modo tacite dat ipſa lex
poteſtatē defendēdi,q̄ nō modo hominē occidi,ſed eſſe cū telo hoīs occidēdi cauſa vetat:vt
cum cauſa non telū quęreret:q ſui defendēdi cauſa telo eſſet vſus,non hoīs occidendi cauſa
habuiſſe telū iudicaret. Quapropter hoc maneat in cauſa Iudices:nō.n.dubito,quin ꝓbatu
rus ſim vobis defenſionē meā,ſi id memineritis,qđ obliuiſci nō poteſtis,inſidiatorē iure in
terfici poſſe. Sequit illud,qđ a Milonis inimicis ſępiſſime dicit:cędē qua P.Clodius occiſus
eſt,ſenatū iudicaſſe cōtra remp.eſſe factā.Illā vero ſenatus nō ſentētiis ſuis ſolū,ſed etiā ſtu=
diis comprobauit.quoties em̄ eſt illa cauſa a nobis acta in ſenatu?quibus aſſenſionibus vni=
uerſi ordinis?q̄ nec tacitis,nec occultis?quādo enim frequētiſſimo ſenatu quattuor,ad ſum
mum quinq; ſunt inuēti,qui Milonis cauſam nō ꝓbarēt? declarant huius ambuſti Tribuni
Ple.illę intermortuę conciones,qbus quotidie meā potentiā inuidioſe criminabat:cū diceret
ſenatum nō quod ſentiret, ſed quod ego vellē re decernere. quę quidē ſi potētia eſt appellā
da potius,q̄ propter magna in remp.merita mediocris in bonis cauſis auctoritas,aut ꝓpter
officioſos labores meos nonnulla apud bonos gratia,appelletur ita ſane,dummodo ea nos
vtamur ꝓ ſalute bonorū cōtra amentiā perditorū.hāc vero quęſtionē, etſi nō eſt iniqua,nū
q̄ tn̄ ſenat⁹ cōſtituēdā putauit.erant em̄ leges: erāt q̄ſtiones vel de cęde,vel de vi:nec tantū
mœrorē, ac luctū ſenatui mors P.Clodii afferebat,vt noua quęſtio cōſtitueret.cuius em̄ ſe=
natui de illo inceſto ſtupro iudicium decernendi poteſtas eſſet erepta,de eius interitu quis
poteſt credere ſenatū iudicium nouū conſtituendū putaſſe?Cur igit incendium curię,oppu=
gnationem ædiū Marci Lepidi,cędem hanc ipſam,cōtra remp.ſenatus factam eſſe decreuit?
quia nulla vis vnq̄ eſt in libera ciuitate ſuſcepta inter ciues,nō cōtra rempublicā.nō em̄ eſt
vlla defenſio cōtra vim vnq̄ optanda, ſed nōnūq̄ eſt neceſſaria.niſi vero aut ille dies in quo
T.Gracchus eſt cęſus,aut ille,quo Caius,aut quo arma Saturnini oppreſſa ſunt,etiā ſi e re
publica,remp.tamē non vulnerarunt.Itaq; ego ipſe decreui,cū cędē in Appia factā eſſe cōſta
ret:non eū,q ſe defendiſſet,cōtra remp.feciſſe:ſed cū ineſſet in re vis,& inſidię,crimen iudi=
cio reſeruaui,rem notaui.ꝙ ſi ꝑ furioſum illū tribunū,ſenatui,qđ ſentiebat,ꝑficere licuiſſet,
nouam quęſtionē nunc nullā haberemus,decernebat em̄,vt veteribus legibus tantummodo
extra ordinē quęreret.diuiſa ſententia eſt poſtulante neſcio quo(nihil em̄ neceſſe eſt omniū
flagitia ꝓferre)ſic reliqua auctoritas ſenatus empta interceſſione ſublata eſt. At em̄ Cn.Pō
peius rogatione ſua,& de re,& de cauſa iudicauit.tulit em̄ de cęde,quę in Appia via facta eſ
ſet,in qua P.Clodius occiſus fuit.quid ergo tulit?nempe vt quęreret.quid porro quęrēdum
eſt?factū ne ſit?at conſtat.a quo?at patet.vidit,etiam in cōfeſſione facti,iuris tamen defenſio
nem ſuſcipi poſſe. ꝙ niſi vidiſſet, poſſe abſolui eum qui fateretur:cum videret nos fateri,
neq; quęri vnq̄ iuſſiſſet,nec vobis tam ſalutarē hanc in iudicando literā,q̄ illam triſtem de=
diſſet.Mihi vero Cn.Pompeius non modo nihil grauius cōtra Milonē iudicaſſe,ſed etiā ſta
tuiſſe videtur,quid vos in iudicando ſpectare oporteret.nam qui non pœnā confeſſioni,ſed
defenſionem dedit,is cauſam interitus quęrendam non interitum putauit.Iam illud dicet
ipſe profecto,quod ſua ſponte fecit:P.ne Clodio tribuendum putet,an tempori?Domi ſuę

Facere peri culoſe,q̄ ꝑ peti turpi= ter maluit.

Nex.

Leges ſilēt inter arma

Inſidiatorē iure inter= fici poſſe.

Appia via.

Salutaris li tera A.

Triſtis lite ra C.

nobiliſſimus vir,ſenatus propugnator,atq; illis quidem tẽporibus ꝑne patronus, auuncu-
lus huius noſtri iudicis fortiſſimi viri Catonis,Tribunus Pl.M.Druſus occiſus eſt.nihil de
eius morte populus cõſultus,nulla queſtio decreta a ſenatu eſt.Quantũ luctum in hac vrbe
fuiſſe a noſtris patribus accepimus,cũ P.Aphricano domi ſuę qeſcẽti illa nocturna vis eſſet
illata?quis tum nõ gemuit?quis nõ arſit dolore?quẽ immortalẽ,ſi fieri poſſet,omnes eſſe cu
ꝑerent,eius ne neceſſariã quidẽ expectatã eſſe mortẽ?nũ igit̃ vlla queſtio de Aphricani mor-
te lata eſt?certe nulla.quid ita?quia nõ alio facinore clari homines,alio obſcuri necant̃ . In-
terſit inter vitę dignitatẽ ſummorũ atq; infimorũ: mors quidẽ illata ꝑ ſcelus iiſdẽ pœnis
teneatur,& legibus.niſi forte magis erit parricida ſi quis conſularẽ patrẽ,q̃ ſi quis humilem
necauerit.aut eo mors atrocior erit P.Clodii, ꝙ is in monimẽtis maiorũ ſuorũ ſit interfe-
Viã muni re. ctus.hoc eñ ſępe ab iſtis dicitur:ꝑinde quaſi Appius ille cęcus viam munierit,nõ qua po-
pulus vteretur,ſed vbi impune ſui poſteri latrocinarẽtur.itaq; in eadẽ iſta Appia via cũ or-
natiſſimum equitem Ro.Marcũ Papiriũ occidiſſet,nõ fuit illud facinus puniendum.homo
Tragœdias excitare enim nobilis in ſuis monimentis equitẽ Ro.occiderat.nunc eiuſdẽ Appię nomẽ quãtas tra-
gœdias excitat?quę cruentata antea cęde honeſti atq; innocẽtis viri ſilebatur,eadẽ nũc cre-
bro vſurpatur,poſtea q̃ latronis & parricidę ſanguine imbuta eſt.Sed quid ego illa comme
moro?cõprehenſus eſt in tẽplo Caſtoris ſeruus P.Clodii,quẽ ille ad Cn.Pompeium interfici
endũ collocarat.extorta eſt cõfitẽti ſica de manibꝰ.caruit foro poſtea Põpeiꝰ: caruit ſenatu:
caruit publico: ianua ſe,ac parietibus,non iure legũ,iudiciorũq; texit.nũ q̃ rogatio lata?nũ
quę noua queſtio decreta eſt?atqui ſi res,ſi vir,ſi tẽpus vllum dignum fuit,certe hæc in illa
cauſa ſumma omnia fuerũt.inſidiator erat in foro collocatus,atq; in veſtibulo ipſo ſenatus:
ei viro autẽ mors parabatur,cuius in vita nitebatur ſalus ciuitatis:eo porro reip.tempore,
quo ſi vnus ille occidiſſet,nõ hęc ſolum ciuitas,ſed gentes omnes cõcidiſſent.niſi forte,quia
ꝑfecta res non eſt,nõ fuit punienda.ꝑinde quaſi exitus rerũ,nõ hominũ conſilia legibus
vindicentur.minus dolendũ fuit re nõ ꝑfecta,ſed puniendum certe nihilo minus.Quoties
ipſe Iudices ex P.Clodii telis,& cruentis eius manibus effugi?ex qbus ſi me nõ mea,vel rep.
fortuna ſeruaſſet,quis tandẽ de interitu meo queſtionẽ tuliſſet?Sed ſtulti ſumus,qui Dru-
ſum,qui Aphricanũ,Pompeiũ, noſmetipſos,cũ P.Clodio cõferre audeamus.tolerabilia fue-
runt illa:P.Clodii mortẽ æquo animo nemo ferre poteſt:luget ſenatus:mœret equeſter or-
Ironia do:tota ciuitas cõfecta ſenio eſt:ſqualent municipia:afflictantur coloniæ:agri deniq; ipſi tã
beneficum, tam ſalutarem,tam manſuetũ ciuem deſiderant.Non fuit ea cauſa Iudices,non
fuit,cur ſibi cenſeret Pompeius queſtionẽ ferendã.ſed homo ſapiens,& alta quadã mente ꝓ-
ditus,multa vidit:fuiſſe ſibi illũ inimicum,familiarẽ Milonem:in communi omniũ letitia ſi
etiam ipſe gauderet,timuit ne videret̃ infirmior fides reconciliatę gratię.multa etiã alia vi
dit:ſed illud maxime:q̃uis atrociter ipſe tuliſſet,vos tamẽ fortiter iudicaturos.itaq; delegit
e florẽtiſſimis ordinibꝰ ipſa lumina:neq; vero qđ nõnulli dictitãt,ſecreuit in iudicibꝰ legen
dis amicos meos.neq; eñ hoc cogitauit vir iuſtiſſimꝰ,neq; in bonis viris legẽdis id aſſeq po
tuiſſet,etiã ſi cupiiſſet.nõ eñ mea gratia familiaritatibꝰ cõtinet̃,q̃ late patere nõ pñt:ꝓpter-
ea ꝙ cõſuetudines victꝰ nõ poſſunt eſſe cũ multis.ſed ſi qd poſſumꝰ,ex eo poſſumꝰ,ꝙ reſp.
nos coniunxit cũ multis.ex quibꝰ ille cũ optimos viros legeret, idq; maxime ad fidem ſuã ꝑ
tinere arbitraret̃, nõ potuit legere nõ ſtudioſos mei. ꝙ vero te L.Domiti huic q̃ſtioni p̃eſſe
maxime voluit,nihil queſiuit aliud niſi iuſtitiã,grauitatẽ,humanitatẽ, fidẽ.tulit vt conſula
rem neceſſe eſſet:credo ꝙ principum munus eſſe ducebat,reſiſtere & leuitati multitudinis,
& ꝑditorũ temeritati.ex conſularibus te creauit potiſſimũ. dederas enim q̃ contemneres
populares inſanias,iam ab adoleſcentia documenta maxima.Quamobrem Iudices vt aliquã
do ad cauſam crimẽq; veniamꝰ:ſi neq; omnis cõfeſſio facti eſt inuſitata:neq; de cauſa qcq̃ no
ſtra aliter,ac nos vellemꝰ,a ſenatu iudicatũ eſt:& lator ipſe legis,cũ eſſet controuerſia nulla
facti,iuris tamen diſceptationẽ eſſe voluit:& electi iudices,& iſti prępoſitꝰ q̃ſtioni,q hęc iu-
ſte ſapienterq; diſceptet:reliquũ eſt Iudices,vt nihil iam aliud q̃rere debeatis,niſi vter vtri
inſidias fecerit:qđ quo facilius argumentis ꝑſpicere poſſitis,rem geſtam vobis dũ breuiter
expono,q̃ſo diligenter attendite. P.Clodius cũ ſtatuiſſet omni ſcelere in prætura vexa-
re rempublicam,videretq; ita tracta eſſe comitia anno ſuperiore,vt non multos menſes prę-
turam gerere poſſet:q non honoris gradũ ſpectaret,vt cęteri,ſed & L.Paulũ collegã effuge-
re vellet ſingulari virtute ciuẽ,& annũ integrũ ad dilacerandã remp.q̃reret:ſubito reliquit

annū ſuū,ſeq; in annū proximum tranſtulit,nō religione aliqua,ſed vt haberet,qđ ipſe dice
bat,ad prętură gerendā,hoc eſt ad euertēdā remp.plenū annū,atq; integrū.occurrebat mā-
cam,ac debilē prętură ſuam futură conſule Milone:eū porro ſummo conſenſu populi Ro.
conſulē fieri videbat:contulit ſe ad eius cōꝑtitores,ſed ita,totā vt ꝑtitionē ipſe ſolus etiā
inuitis illis gubernaret:tota vt comitia ſuis,vt dictitabat,humeris ſuſtineret.cōuocabat tri
bus:ſe interponebat:coloniā nouā,delectū ꝑditiſſimorū ſcribebat ciuiū.quanto ille plura
miſcebat,tanto hic magis in dies cōualeſcebat.vbi vidit homo ad oīe facinus paratiſſim⁹
fortiſſimum virū,inimiciſſimū ſuū,certiſſimū conſulē:idq; intellexit nō ſolū ſermonibus,ſed
etiam ſuffragiis populi Ro.ſęꝑ eſſe declaratū:palā agere cœpit,& aꝑrte dicere occidēdum
Milonem.ſeruos agreſtes,& barbaros,quibus ſyluas publicas depopulatus erat, Hetruriāq;
vexarat,ex Apennino deduxerat,quos videbatis:res erat minime obſcura.etenim palam di-
ctitabat,cōſulatū Miloni eripi nō poſſe,vitā poſſe.ſignificauit hoc ſęꝑ in ſenatu,dixit in cō
cione.quin etiam Fauonio fortiſſimo viro quęrēti ex eo,qua ſpe fureret Milone viuo:reſpō-
dit triduo illū,ad ſummū quatriduo ꝑiturū.quā vocē eius ad hunc M.Catonē ſtatim Fauo
nius detulit.Interim cū ſciret Clodi⁹(neq; eñ erat difficile ſcire)iter ſolēne, legitimū,neceſ Solēne iter
ſarium,ante diē.XIII.Cal.Februarii Miloni eſſe Lanuuiū ad flaminē prodendū, ꝙ erat Di- Añ diem
ctator Lanuuii Milo:Roma ſubito ipſe ꝓfectus pridie eſt,vt ante ſuū fundū(qđ re intellectū xiii.Cal.
eſt)Miloni inſidias collocaret.atq; ita ꝓfectus eſt,vt concionē turbulentā,in qua eius furor Feb.
deſideratus eſt,q̄ illo ipſo die habita eſt,relinqueret.quā niſi obire facinoris locū,tēpusq; vo
luiſſet,nunq̄ reliquiſſet.Milo autē,cū in ſenatu fuiſſet eo die,quoad ſenatus dimiſſus eſt, do
mum venit:calceos & veſtimenta mutauit:pauliſꝑ, dū ſe vxor(vt fit)cōparat, cōmoratus
eſt:deinde ꝓfectus eſt id tēporis,cū iam Clodius(ſi q̄dem eo die Romā venturus erat)redi-
re potuiſſet.obuiā fit ei Clodius expeditus in equo,nulla rheda,nullis impedimentis,nullis
gręcis comitibus(vt ſolebat)ſine vxore,qđ nūq̄ fere:cū hic inſidiator,q̄ iter illud ad cędem
faciendā apparaſſet,cū vxore veheret̃ in rheda ꝑnulatus,vulgi magno impedimēto,ac mu
liebri,& delicato ancillarū,puerorūq; comitatu.fit obuiā Clodio ante fundū eius hora fere
vndecima,aut nō multo ſecus,ſtatim cōplures cū telis in hunc faciūt de loco ſuꝑiore im-
ꝑtum:aduerſi rhedariū occidūt.cū autē hic de rheda reiecta ꝑnula deſiluiſſet,ſeq; acri ani
mo defenderet:illi,qui erant cū Clodio,gladiis eductis partim recurrere ad rhedā,vt a ter-
go Milonē adorirētur:partim,ꝙ hūc iā interfectū putarent,cędere incipiūt eius ſeruos, qui
poſt erāt.ex q̄bus q̄ animo fideli in dominū erāt,& p̄ſentes fuerūt,partim occiſi ſunt:partim Poſt.
cū ad rhedā pugnari viderēt,domino ſuccurrere ꝓhiberent̃:Milonē occiſum eē,etiā ex ipſo
Clodio audirēt:fecerūt id ſerui Milonis(dicā eñ nō deriuādi criminis cauſa,ſed vt factum
eſt)neq; imperante,neq; ſciente,neq; p̄ſente domino,qđ ſuos q̄ſq; ſeruos in tali re facere vo-
luiſſet.hęc ſicut expoſui,ita geſta ſunt Iudices:inſidiator ſuꝑatus,vi victa vis,vel poti⁹ op
preſſa virtute audacia eſt.nihil dico q̄d reſp.conſecuta ſit, nihil quid vos,nihil quid omnes
boni:nihil ſane id ꝓſit Miloni:q̄ hoc fato natus eſt,vt ne ſe quidē ſeruare potuerit,quin vna
remp.voſq; ſeruaret.ſi id iure nō poſſet,nihil habeo qđ defendam.ſin hoc & ratio doctis,&
neceſſitas barbaris,& mos gentibus,& feris natura ipſa pręſcripſit,vt omnē ſemꝑ vim,qua- Vim vi re
cunq; oꝑ poſſent,a corpore,a capite,a vita ſua ꝓpulſarēt:non poteſtis hoc facinus impro- ꝑllere licet
bum iudicare,quin ſimul iudicetis,oīb⁹,q̄ in latrones inciderint, aut illorū telis,aut veſtris
ſententiis eſſe ꝑreundū.qđ ſi ita putaſſet,certe optabilius Miloni fuit dare iugulum P.Clo
dio nō ſemel ab illo,neq; tū primū ꝑtitū,q̄ iugulari a vobis,q̄a ſe illi nō iugulandū tradidiſ
ſet.ſin hoc nemo veſtrū ita ſentit:illud in iudiciū venit,nō occiſus ne ſit,qđ fatemur, ſed iu
re,an iniuria,qđ multis antea in cauſis iā q̄ſitū eſt.Inſidias factas eſſe cōſtat:& id eſt,qđ ſena
tus cōtra rēp.factū iudicauit.ab vtro factę ſint incertū eſt.de hoc igit̃ latū eſt,vt q̄reret̃. Ita
& ſenatus rē,nō hominē notauit:& Pōꝑius de iure,nō de facto q̄ſtionē tulit.Nū q̄d igit̃ ali
ud i iudiciū venit,niſi vter vtri inſidias fecerit?ꝓfecto nihil. ſi hic illi,vt ne ſit impune.ſi ille
huic,tū nos ſcelere ſoluamur. Quonā igit̃ pacto ꝓbari poteſt,inſidias Miloni feciſſe Clo-
dium?ſatis eſt quidem in illa tam audaci,tam nefaria bellua docere,magnam ei cauſam, ma
gnam ſpē in Milonis morte propoſitā,magnas vtilitates fuiſſe.Itaq; illud Caſſianum,cui bo Cui bono
no fuerit,in his ꝑſonis valeat:etſi boni nullo emolumento impelluntur in fraudem,impro fuerit.
bi ſæꝑ paruo. Atqui Milone interfecto Clodius hoc aſſequebatur , non modo vt prætor
eſſet, non eo conſule,quo ſceleris nihil facere poſſet:ſed etiam his conſulibus prætor eſſet,

quibus ſi nõ adiuuantibus,at conniuẽtibus certe ſperaſſet ſe poſſe eludere in illis ſuis cogi-
tatis furoribus.cuius illi conatus,vt ille ratiocinabat̃,nec,ſi cuperẽt,reprimere poſſent:cum
tantũ beneficiũ ei ſe debere arbitrarent̃:& ſi vellẽt,fortaſſe vix poſſent frãgere hominis ſcele
ratiſſimi corroboratã iã vetuſtate audaciã.An vero Iudices vos ſoli ignoratis?vos hoſpites

*Aures peregrinantur.* *Librarium.*

in hac vrbe verſamini?veſtrę ꝑegrinant̃ aures?neq; in hoc ꝑuagato ciuitatis ſermone ver
ſantur?quas ille leges(ſi leges nominãdę ſunt,ac nõ faces vrbis,& peſtes reipu.)fuerit impo
ſiturus nobis omnibꝰ,atq; inuſturus? Exhibe quęſo Sexte Clodi,exhibe librariũ illud legum
veſtrarũ,qđ te aiũt eripuiſſe e domo:& ex mediis armis,turbaq; nocturna,tanq̃ Palladiũ ſuſ
tuliſſe, vt pręclarũ inde munus,ac inſtrumentũ tribunatus ad aliquẽ,ſi nactus eſſes,q tuo ar
bitrio tribunatũ gereret,deferre poſſes.Et aſpexit me quidẽ illis oculis,q̃bus tũ ſolebat,cum
oĩa oĩbus minabat̃.mouet me quippe lumẽ curię.quid?tu me iratũ Sexte putas tibi?cuius tu

*Punitꝰ es.*

inimiciſſimũ multo crudelius etiã punitus es,q̃ erat humanitatis meę poſtulare?Tu P.Clo
dii cruentũ cadauer eieciſti domo:tu in publicũ eieciſti:tu ſpoliatũ imaginibꝰ,exequiis,pom

*Semiuſtulatum,*

pa,laudatione,infeliciſſimis lignis ſemiuſtulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.
quã rẽ etſi neceſſario feciſti:tamẽ,quoniã in meo inimico crudelitatẽ exprompſiſti tuã,lau-
dare non poſſum,iraſci certe nõ debeo.P.Clodii pręturã nõ ſine maximo rerũ nouarũ motu
proponi ſolitã eſſe videbatis,niſi eſſet is conſul,q eã auderet,poſſetq; cõfringere.eũ Milonem
eſſe cũ ſentiret vniuerſus populus Romanus,quis dubitaret ſuffragio ſuo ſe metu,ꝑiculo
remp.liberare?At nõ P.Clodio vſitatis iã rebus obnitẽdum eſt Miloni,vt tueat̃ dignitatem
ſuã.ſingularis illa huic vni cõceſſa gloria,q̃ quotidie augebat̃ frangẽdis furoribus Clodia-
nis,iam morte Clodii cecidit.vos adepti eſtis,ne quẽ ciuẽ metueretis.hic exercitationẽ vir-
tutis,ſuffragationem cõſulatus,fontẽ ꝑennẽ glorię ſuę ꝑdidit.itaq; Milonis cõſulatus,q vi
uo Clodio labefactari nõ poterat,mortuo deniq; tẽtari cœptus eſt.nõ modo igit̃ nihil ꝓdeſt
ſed obeſt etiã P.Clodii mors Miloni.At valuit odiũ,fecit iratus,fecit inimicus,fuit vltor in
iurię,punitor doloris ſui.quid?ſi hęc nõ dico maiora fuerũt in Clodio,q̃ in Milone?ſed in il

*Seges ac materia glorię.*

lo maxima,nulla in hoc?quid vultis amplius?qđ eñ odiſſet Clodiũ Milo,ſegetẽ,ac materiã
ſuę glorię?pręter hoc ciuile odiũ quo omnes improbos odimus?ille erat vt odiſſet primum
defenſorẽ ſalutis meę:deinde vexatorẽ furoris,domitorẽ armorũ ſuorũ:poſtremo etiã accu
ſatorem ſuũ.reus eñ Milonis lege Plotia fuit Clodius,quoad vixit.quo tandẽ animo hoc ty
rannum tuliſſe creditis?quãtũ odiũ illius?& in homine iniuſto q̃ etiã iuſtũ?Reliquum eſt vt
iam illũ natura ipſius,cõſuetudoq; defendat:hunc autẽ hęc eadẽ coarguant.nihil ꝑ vim vn
q̃ Clodius,oĩa per vim Milo.quid ergo Iudices,cũ mœrentibus vobis vrbe ceſſi,nõ ſeruos,
non arma,nõ vim intẽtauit?quę fuiſſet igitur cauſa reſtituendi mei,niſi fuiſſet iniuſta eiiciẽ

*Actionem intendere.*

di?Diẽ mihi credo dixerat,mulctam irrogarat,actionẽ ꝑduellionis intenderat.& mihi Iu-
dices in cauſa aut veſtra mala,aut mea nec p̃clariſſima etiã iudiciũ timendũ fuit?ſeruorum
& egentiũ ciuiũ,& facinoroſorũ armis meos ciues meis conſiliis ꝑiculiſq; ſeruatos pro me
obiici nolui.vidi enim,vidi hũc ipſum Q.Hortenſiũ lumẽ & ornamentũ reip.ꝑne interfici
ſeruorũ manu,cũ mihi adeſſet:qua in turba C.Vibienus ſenator vir optimꝰ,cũ hoc cũ eſſet
vna,ita eſt mulctatus,vt vitã amiſerit.Itaq; quando illius poſtea ſica illa,quã a Catilina acce
ꝑat,conquieuit?hęc intentata nobis eſt:huic ego vos obiici ꝓ me nõ ſum paſſus:hęc inſidi-
ata Pompeio eſt:hæc iſtam Appiam viam monimentum ſui nominis nece Papirii cruenta-
uit:hęc eadẽ longo interuallo cõuerſa rurſus eſt in me:nuper quidem vt ſcitis me ad regiã
ꝑne confecit.quid ſimile Milonis?cuius vis omnis hęc ſemꝑ fuit,ne P.Clodius cum in iu-
dicium detrahi non poſſet,vi oppreſſam ciuitatẽ teneret.quem ſi interficere voluiſſet,quan
tę quoties occaſiones,q̃ pręclarę fuerunt.potuit ne,cum domũ,ac deos ꝑnates ſuos illo op-
pugnante defenderet,iure ſe vlciſci?potuit ne ciue egregio & viro fortiſſimo P.Seſtio colle
ga ſuo vulnerato?potuit ne Fabricio viro optimo,cum de reditu meo legem ferret pulſo,
crudeliſſima in foro cęde facta?potuit ne L.Cęcilii iuſtiſſimi fortiſſimiq; pręctoris oppugnata
domo?potuit ne illo die,cum eſt lata lex de me:cum totius Italię concurſus,quem mea ſalus
concitarat,facti illius gloriam libens agnouiſſet?vt etiam ſi id Milo feciſſet,cuncta ciuitas eã
laudem pro ſua vendicaret.Atqui erat id temporis,clariſſimus & fortiſſimus conſul inimi
cus Clodio,P.Lentulus,vltor ſceleris illius,propugnator ſenatus,defenſor veſtrę volũtatis,
patronus illius publici conſenſus,reſtitutor ſalutis meę:ſeptem pręctores,octo tribuni pl.illi
us aduerſarii,defenſores mei:Cn.Pompeius auctor & dux mei reditus,illius hoſtis:cuiꝰ ſen-

tentiam ſenatus omnis de ſalute mea grauiſſimā & ornatiſſimā ſecutus eſt: qui Populū Ro.
cohortatus eſt: qui cū de me decretū Capuæ feciſſet, ipſe cūctę Italiæ cupiēti, & eius fidē im-
ploranti ſignū dedit, vt ad me reſtituendū Romā concurrerent. omnia tū deniq; in illū odia
ciuiū ardebāt deſiderio mei: quē tū ſi interemiſſet, nō de impunitate eius, ſed de pmiis cogita
retur. Tamē ſe Milo cōtinuit, & P. Clodiū ad iudiciū bis, ad vim nūq̃ vocauit. Quid? priuato
Milone, & reo ad populū, accuſante P. Clodio, cū in Cn. Pōpeiū ꝓ Milone dicētem impetus fa-
ctus eſt? quæ tū nō modo occaſio, ſed etiā cauſa illius opprimendi fuit? Nuper vero cū M. An
tonius ſummā ſpem ſalutis bonis oībus attuliſſet, grauiſſimāq; adoleſcens nobiliſſimus Reip.
partē fortiſſime ſuſcepiſſet, atq; illā belluā iudicii laqueos declināté iam irretitā teneret, q lo
cus, qđ tēpus illud dii immortales fuit? cū ſe ille fugiens in ſcalarū tenebris abdidiſſet: magnū Scalę.
Miloni fuit cōficere illā peſtem nulla ſua īuidia, Antonii vero maxima gloria? Quid? comitiis
in campo, quoties poteſtas fuit? cū ille vi in ſepta irruiſſet: gladios diſtringēdos, lapides iaciē
dos curaſſet: dein ſubito vultu Milonis perterritus fugeret ad Tyberim: vos & omnes boni
vota faceretis, vt Miloni vti virtute ſua liberet? Quē igitur cum omniū gratia noluit, hunc
voluit cū aliquoꝝ querela? quem iure, quē loco, quē tēpore, quē impune nō eſt auſus, hūc in-
iuria, iniquo loco, alieno tēpore, periculo capitis, nō dubitauit occidere? præſertim Iudices cū
honoris ampliſſimi cōtentio, & dies comitiorū ſubeſſet. quo quidē tēpore: ſcio enim q̃ timi-
da ſit ambitio, quātaq; & q̃ ſollicita cupiditas conſulatus: omnia nō modo quę rephēdi palā,
ſed etiā obſcure cogitari poſſunt, timemus: rumorē, fabulam fictā, falſam perhorreſcimus: ora
omniū atq; oculos intuemur. Nihil enim eſt tā molle, tā tenerū, tā aut fragile, aut flexibile, q̃
volūtas erga nos, ſenſuſq; ciuiū: qui nō modo improbitati iraſcūtur cādidatorū, ſed etiā †re †in recte
cte factis ſæpe faſtidiunt. Hūc diē igitur campi ſperatū, atq; exoptatū ſibi proponēs Milo, cruē factis.
tis manibus ſcelus, & facinus prę ſe ferens & confitēs, ad illa auguſta Centuriarū auſpicia ve
niebat? q̃ hoc nō credibile in hoc? q̃ idem in Clodio non dubitandū? qui ſe, interfecto Milone,
regnaturū putaret. Quid? qđ caput audacię eſt Iudices: quis ignorat, maximā illecebram eſſe Spes impu
peccandi impunitatis ſpem? in vtro igitur hæc fuit? in Milone? qui etiam nūc reus eſt facti aut nitatis, ma
præclari, aut certe neceſſarii? an Clodio? qui ita iudicia pœnāq; cōtempſerat, vt eū nihil dele xima illece
ctaret, qđ aut ꝑ naturā fas eſſet, aut ꝑ leges liceret? Sed quid ego argumētor? qd plura diſpu- bra peccan
to? te Q. Petili appello optimū & fortiſſimū ciuē: te M. Cato teſtor: quos mihi diuina quędā di.
ſors dedit iudices. vos ex M. Fauonio audiſtis Clodium ſibi dixiſſe, & audiſtis viuo Clodio,
periturū Milonē triduo: poſt diē tertiū geſta res eſt, q̃ dixerat. cū ille nō dubitaret aperire qd
cogitaret: quēadmodū igit̃ eū dies nō fefellit? dixi equidē modo. Dictatoris Lanuuii ſtatura
ſacrificia noſſe negotii nihil erat: vidit neceſſe eſſe Miloni proficiſci Lanuuiū illo ipſo, quo
profectus eſt, die. itaq; anteuertit. At quo die? quo, vt ante dixi, inſaniſſima concio ab ipſius
mercenario Tribuno Pl. eſt concitata: quē diē ille, quā concionē, quos clamores, niſi ad cogita
tum facinus approperaret, nūq̃ reliquiſſet. Ergo illi ne cauſa quidē itineris, etiā cauſa manēdi.
Miloni nulla facultas manendi: exeundi non cauſa ſolū, ſed etiā neceſſitas fuit. Quid? ſi vt ille
ſciuit Milonē fore eo die in via: ſic Clodiū Milo ne ſuſpicari quidē potuit? Primū quęro, qui
ſcire potuerit? qđ vos idem in Clodio quęrere non poteſtis. Vt enim neminem aliū niſi T. Pa
tinam familiariſſimū ſuū rogaſſet, ſcire potuit illo die ipſo Lanuuii a Dictatore Milone prodi Prodi fla-
flaminem neceſſe eſſe. Sed erant permulti alii, ex quibus id facillime ſciri poſſet. omnes Lanu- minem.
uini. Milo de Clodii reditu vnde quæſiuit? quæſierit ſane. videte quid vobis largiar. ſeruum
etiam, vt Arius meus amicus dixit, corruperit. Legite teſtimonia teſtium veſtrorū. Dixit C.
Caſſinius, cognomento Schola, Interamnis familiaris meus, & idem comes P. Clodii, cuius iā Cognomē-
pridem teſtimonio Clodius eadem hora Interamnę fuerat, & Romæ: P. Clodiū illo die in Al- to Schola.
bano manſurum fuiſſe, ſed ſubito ei fuiſſe nūciatum Cyrum architectum eſſe mortuū: itaq;
Romam repente cōſtituiſſe proficiſci. dixit hoc comes item Publii Clodii, C. Clodius. Videte
Iudices quantæ res his teſtimoniis ſunt confectę. Primū certe liberatur Milo, non eo conſilio
profectus eſſe, vt inſidiaretur in via Clodio: quippe ſi ille ei obuius futurus omnino nō erat.
Deinde, non enim video cur non meum agam negotium: ſcitis Iudices fuiſſe, qui in hac roga
tione ſuadenda dicerent, Milonis manu cędem eſſe factam, conſilio verò maioris alicuius. vi-
delicet me latronem, ac ſicarium abiecti homines & perditi deſcribebant. iacent ſuis teſtibus
ii, qui Clodiū negant eo die Romam, niſi de Cyro auditū eſſet, redditurū fuiſſe. Reſpiraui: libe
ratus ſum: non vereor, ne qđ nę ſuſpicari quidē potuerim, videar id cogitaſſe. Nūc perſequar

cætera. nã occurrit illud:ne Clodius quidẽ de inſidiis cogitauit,quoniã fuit in Albano man
ſurus.ſi quidẽ exiturus ad cędẽ e villa nõ fuiſſet. Video eñ illũ,qui dicitur Cyri mortem nũ
ciaſſe,nõ id nũciaſſe,ſed Milonẽ appropinquare.Nã quid de Cyro nũciaret?quẽ Clodius Ro
ma proficiſcens reliquerat morientẽ?Vna fui,teſtamentũ ſimul obſignaui cũ Clodio,teſtamẽ
Animã ef- tum autẽ palã fecerat,& illũ hæredẽ & me ſcripſerat:quẽ pridie hora tertia animã efflantem
ſlans. reliquiſſet,eũ mortuũ poſtridie hora decima ei nunciabatur?Age,ſit ita factũ:quæ cauſa cur
Romã properaret?cur in noctẽ ſe coniiceret?quid afferebat feſtinatio?ꝗ hæres erat?primum
erat nihil cur properato opus eſſet. deinde ſiquid eſſet,quid tãdem erat,qđ ea nocte cõſequi
poſſet? amitteret autẽ ſi poſtridie mane Romam veniſſet?Atq; vt illi nocturnus ad vrbẽ ad-
uentus vitandus potius q̃ expetendus fuit:ſic Miloni cum inſidiator eſſet,ſi illum ad vrbem
noctu acceſſurum ſciebat,ſubſiſtẽdum atq; expectãdum fuit. nemo ei neganti nõ crediđiſſet,
quem omnes ſaluũ etiam confitentem volunt. Suſtinuiſſet hoc crimen primũ ipſe ille latro-
nũ occultator,& receptator locus,dũ neq; muta ſolitudo indicaſſet,neq; cęca nox oſtendiſſet
Milonem:deinde vbi multi ab illo violati,ſpoliati,bonis expulſi, multi etiã hæc timentes in
ſuſpitionem caderent:tota deniq; rea citaretur Hetruria.Atq; illo die certe Aricia rediẽs di-
uertit Clodius ad Albanũ:qđ niſi ſciret illum Milo Ariciæ fuiſſe,ſuſpicari tamen debuit, eũ
etiam ſi Romam illo die reuerti vellet,ad villam ſuam,quæ viam tãgeret,diuerſurũ.cur neq;
ante occurrit,ne ĩ villa reſideret? nec eo in loco ſubſedit,quo ille noctu vẽturus eſſet?Video
adhuc conſtare omnia Iudices,Miloni etiam vtile fuiſſe Clodium viuere. illi ad ea quæ con-
cupierat optatiſſimũ interitum Milonis fuiſſe. odiũ illius in hunc acerbiſſimũ:in illũ huius
nullum. conſuetudinem illius perpetuam in vi inferenda:huius tãtũ in repellẽda.mortem ab
illo denunciatam palam Miloni & prædicatã,nihil vnq̃ auditũ ex Milone:profectionis huius
diem illi notum,reditum illius huic ignotum fuiſſe,huius iter neceſſarium,illius etiam po-
tius alienũ:hunc præ ſe tuliſſe illo die Roma exiturum,illum eo die ſe diſſimulaſſe reditur ũ:
hũc nullius rei mutaſſe conſilium,illum cauſam mutãdi conſilii finxiſſe: huic ſi inſidiaretur
nocte prope vrbẽ expectãdũ,illi etiã ſi hũc nõ timeret,tamẽ acceſſum ad vrbẽ nocturnũ fuiſſe
metuendũ. Videamus nũc id qđ caput eſt:locus ad inſidias ille ipſe,vbi congreſſi ſunt, vtri
tandẽ fuerit aptior.Id vero Iud.etiam dubitandũ & diutius cogitandũ eſt? ante fundũ Clo-
Hũc Gelli9 locũ citans li.i.ca.xvi. legit verſabatur. dii,quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones,facile mille hominũ † verſabatur valen-
tiũ aduerſari . Atqui excelſo loco ſuperiorẽ ſe fore putabat Milo,& ob eã cauſam eũ locũ ad
pugnã potiſſimũ delegerat. an in eo loco potius expectandum ab eo, qui ipſius loci ſpe facere
impetum cogitarat?Res loquitur Iudices ipſa,quæ ſemper valet plurimũ. ſi hæc nõ geſta au
diretis,ſed picta videretis:tamen appareret,vter eſſet inſidiator,vter nihil cogitaret mali,cũ
alter veheretur in rheda penulatus:vna ſederet vxor.qd horum nõ impeditiſſimũ? veſtitus?
an vehiculum?an comes?quid minus promptũ ad pugnam?cum penula irretitus,rheda im-
peditus,vxore pene conſtrictus eſſet. Videte nunc illum,primũ egrediẽtem e villa ſubito.cur
veſperi?quid neceſſe eſt tarde?qui cõuenit,pręſertim id temporis?Diuertit in villam Pompei.
Pompeium vt videret? ſciebat in Alſienſi eſſe procul inde. villam vt perſpiceret?millies in ea
fuerat. quid ergo erat morę,& tergiuerſationis?dum hic veniret , locum relinquere noluit.
Age nunc iter expediti latronis,cum Milonis impedimentis comparate.Semper ille antea cũ
vxore,tum ſine ea:nũq̃ non in rheda,tum in equo:comites græculi quocũq; ibat,etiã cum in
caſtra Hetruſca properabat:tum nugarum in comitatu nihil.Milo qui nũq̃,tum caſu pueros
Symphoniaci pueri. ſymphoniacos vxoris ducebat,& ancillarũ greges.ille qui ſemp ſecum ſcorta, ſemp exoletos,
Exoleti. ſemp lupas ducebat:tũ neminẽ,niſi vt virũ a viro lectũ eſſe diceres.Cur igitur victus eſt?quia
Lupę. non ſemp viator a latrone,nõnũq̃ etiã latro a viatore occiditur: qa q̃q̃ paratus in imparatos
Clodius,tamẽ mulier inciderat in viros. nec vero ſic erat vnq̃ nõ paratus Milo cõtra illũ, vt
non ſatis fere eſſet paratus.ſemper ille,& quãtum intereſſet P.Clodii ſe perire, & quanto illi
odio eſſet,& quantũ ille auderet,cogitabat.quamobrem vitã ſuã,quã maximis p̃miis propo-
ſitam & pene addictã ſciebat,nũq̃ in periculũ ſine p̃ſidio & ſine cuſtodia prouehebat.adde ca
Mars cõmunis. ſus,adde incertos exitus pugnarũ,Martẽq; cõmunẽ,qui ſæpe ſpoliantẽ iã & exultãtẽ euertit,
& perculit ab abiecto:adde inſcitiã pranſi,poti,oſcitantis ducis:qui cũ a tergo hoſtẽ interclu
ſum reliquiſſet,nihil de eius extremis comitibus cogitauit:in quos incenſos ira vitãq; domi
ni deſperantes cũ incidiſſet,hæſit in his pœnis,quas ab eo ſerui fideles pro domini vita expe
tiuerũt.Cur igitur eos manumiſit?metuebat ſcilicet ne indicaretur?ne dolorem perferre non

poſſent?ne tormẽtis cogerẽtur occiſum eſſe a ſeruis Milonis in Appia via P. Clodiũ cõfiteri? quid opus eſt tortore? quid ꝗris? occiderit ne? occidit. iure an iniuria? nihil ad tortorẽ. facti. n. in eculeo q̄ſtio eſt, iuris in iudicio. qđ igit̃ in cauſa ꝗrendũ eſt, id agamus. hoc qđ tormentis inuenire vis, id fatemur. Manu vero cur miſerit, ſi id potius ꝗris, q̄ cur parũ amplis affecerit pręmiis? neſcis inimici factũ rephẽdere. dixit. n. hoc idẽ, q oĩa ſemp cõſtãter, & fortiter, M. Cato: dixitq; in turbulẽta cõcione, q̄ tñ huius auctoritate placata eſt: nõ libertate ſolũ, ſed etiam oĩbus p̄miis digniſſimos fuiſſe, q domini caput defendiſſent. qđ em̃ p̄miũ ſatis magnũ eſt tã beneuolis, tã bonis, tã fidelibus ſeruis, propter quos viuit? et ſi id q̃dẽ nõ tãti eſt, q̄ ꝙ ꝓpter eoſdẽ nõ ſanguine & vulnerib⁹ ſuis crudeliſſimi inimici mẽtẽ oculoſq; ſatiauit. quos niſi manumiſiſſet, tormẽtis etiã dedendi fuerũt, cõſeruatores domini, vltores ſceleris, defenſores necis? Hic vero nihil habet in his malis, qđ minus moleſte ferat, q̄ etiã ſi q̃d ipſi accidat, eſſe tñ illis meritũ p̄miũ ꝑſolutũ. Sed q̄ſtiones vrgẽt Milonẽ, q̄ ſunt habitę in atrio Libertatis. quibuſnã de ſeruis? rogas? de P. Clodii. quis eos poſtulauit? Appius. quis produxit? Appius. vnde? ab Appio. Dii boni, quid poteſt agi ſeuerius? de ſeruis nulla q̄ſtio eſt ĩ dominũ, niſi de interitu: vt fuit in Clodiũ. proxime ad deos acceſſit Clodius, propius q̄tum, cũ ad ipſos ꝑnetrãrat: cuius de morte tanq̄ de cerimoniis violatis ꝗrit̃. Sed tñ maiores noſtri in dominũ de ſeruo ꝗri noluerũt: nõ quia non poſſet verũ inueniri, ſed q̃a videbat̃ indignũ eſſe, & domini morte ipſa triſtius. in reũ de ſeruis accuſatoris cũ ꝗrit̃, verũ inueniri poteſt? Age vero q̄ erat, aut qualis quęſtio? heus vbi Ruſcio? vbi Caſca? Clodius inſidias fecit Miloni? fecit. certa crux. nullas fecit? ſperata libertas. quid hac q̄ſtione certius? ſubito arrepti in quęſtionẽ tñ ſeparãtur a cęteris, & in arcas coniiciũtur, ne q̃s cũ his colloqui poſſit. hi cẽtũ dies ꝑnes accuſatorẽ cũ fuiſſent, ab eo ipſo accuſatore ꝓducti ſunt. quid hac q̄ſtione dici poteſt integrius? quid incorruptius? Qđ ſi ſatis nondũ cernitis, cũ res ipſa tot, tã claris argumẽtis ſigniſq; luceat, pura mẽte atq; integra Milonẽ, nullo ſcelere imbutũ, nullo metu ꝑterritũ, nulla conſciẽtia exanimatũ Romã reuertiſſe, recordamini ꝑ deos immortales, quę fuerit celeritas reditus eius? qui ingreſſus in forũ ardente curia? quæ magnitudo animi? qui vultus? quę oratio? Neq; vero ſe populo ſolũ, ſed etiã ſenatui tradidit: neq; ſenatui modo, ſed etiã publicis p̄ſidiis, armis: neq; his tm̃, verũ etiã ei poteſtati, cui ſenatus totã rẽpublicã, omnẽ Italię pubẽ, cũcta Populi Romani arma cõmiſerat. cui ſe nunq̄ ꝑfecto tradidiſſet, niſi cauſę ſuę confideret, pręſertim oĩa audienti, magna metuẽti, multa ſuſpicãti, nõnulla credẽti. Magna vis eſt cõſciẽtię Iudices, & magna in vtrãq; partẽ: vt neq; timeãt, q nihil cõmiſerint: & pœnã ſemp ante oculos verſari putent, q peccarint. Neq; vero ſine ratione certa, cauſa Milonis ſemp a ſenatu ꝓbata eſt. videbãt em̃ ſapiẽtiſſimi hoĩes, facti rationẽ, p̄ſentiã animi, defenſionis cõſtantiã. an vero obliti eſtis Iudices recenti illo nũcio necis Clodianę, nõ modo inimicoꝝ Milonis ſermones, & opiniones, ſed non nulloꝝ imperitoꝝ? qui negabãt eũ Romã eſſe rediturũ? ſiue em̃ illud animo irato, ac percito feciſſet, vt incẽſus odio trucidaret inimicũ, arbitrabãtur eũ tãti mortem P. Clodii putaſſe, vt æquo animo patria careret, cũ ſanguine inimici expleſſet odiũ ſuũ. ſiue etiã illius morte patriã liberare voluiſſet, nõ dubitaturũ fortẽ virũ: quin, cũ ſuo ꝑiculo ſalutẽ Reip. attuliſſet: cederet æquo animo legibus, ſecũ auferret gloriã ſempiternã, nobis hæc fruẽda relinqueret, quę ipſe ſeruaſſet. Multi etiã Catilinã atq; illa portẽta loquebãtur: erũꝑet: occupabit aliquem locũ, bellũ patrię faciet. miſeros interdũ ciues optime de Rep. meritos: in q̃bus hoĩes nõ modo res p̄clariſſimas obliuiſcũtur, ſed etiã nefarias ſuſpicãtur. ergo illa falſa fuerũt, q̄ certe vera extitiſſent, ſi Milo admiſiſſet aliq̃d, qđ nõ poſſet honeſte, vereq; defendere. Quid? quę poſtea ſunt in eũ cõgeſta? quæ q̄uis etiã mediocriũ delictoꝝ cõſcientiã ꝑculiſſent, vt ſuſtinuit dii immortales? ſuſtinuit? immo vero vt cõtẽpſit? ac ꝓ nihilo putauit? quæ neq; maximo animo nocens, neq; innocens, niſi fortiſſimus vir, negligere potuiſſet. ſcutorũ, gladiorũ, frenoꝝ, ſparoꝝ, pilorũq; etiã multitudo dep̄hẽdi poſſe iudicabat̃: nullũ in vrbe vicũ, nullũ angiportũ eſſe dicebãt, in quo Miloni nõ eſſet cõducta domus: arma ĩ villã Ocriculanã deuecta Tyberi: domus in cliuo Capitolino ſcutis referta, plena oĩm malleoloꝝ ad vrbis incẽdia cõparatoꝝ. hęc nõ delata ſolũ, ſed pene credita, nec ante repudiata ſunt, q̄ q̄ſita. Laudabã eq̃dẽ incredibilẽ diligẽtiã Cn. Põpeii, ſed dicã vt ſentio Iudices: nimis multa audire cogũtur, neq; aliter facere poſſunt ii q̃bus tota cõmiſſa eſt reſpublica. quin etiã audiẽdus ſit Popa Licinius neſcio q̃s de circo maximo: ſeruos Milonis apud ſe ebrios factos, ſibi cõfeſſos eſſe de interficiendo Põpeio cõiuraſſe. deinde poſtea ſe gladio ꝑcuſſum eſſe ab vno de illis, ne indicaret: Põpeio ĩ hortos

Queſtio facti in eculeo, iuris in iudicio.

Conſcientiæ vis.

Percitus animus.

Popa Licinius.

nūciauit. arceſſor ī primis,de amicoꝝ ſentētia rē defert ad ſenatū. nō poterā in illius mei pa
triæq; cuſtodis tāta ſuſpitione nō metu exanimari. ſed mirabar tñ credi Popę:cōfeſſionē ſer-
uoꝝ audiri:vulnus ī latere,qđ acu pūctū videret̄,ꝑ ictu gladiatoris putari. verū etiā vt ītel-
ligo cauebat magis Pōpeius,ꝗ̄ timebat,nō ea ſolū ꝗ̄ timēda erāt,ſed oīa,ne aliqd vos timere-
tis. oppugnata domus C.Cęſaris clariſſimi & fortiſſimi viri ꝑ multas noctis horas nūciabat̄.
nemo audierat tā celebri loco,nemo ſenſerat:tñ audiebat̄.non poterā Cn.Pōpeiū pſtātiſſima
virtute ciuē,timidū ſuſpicari. diligētiā,tota Rep.ſuſcepta,nimiā nullā putabā.freq̄ētiſſimo
ſenatu nuꝑ ī Capitolio ſenator īuētꝰ eſt,q Milonē cū telo eē diceret. nudauit ſe ī ſanctiſſimo
tēplo:qm̄ vita talis & ciuis,& viri fidē nō faciebat,niſi eo tacēte res ipſa loq̄ret̄. oīa falſa atq;
inſidioſe ficta cōpta ſunt. cū tñ ſi metuit̄ etiā nūc Milo,nō iā Clodianū crimē timemꝰ,ſed tu
as Cn.Pōpeii(te.n.iā appello ea voce,vt me audire poſſis) tuas īquā ſuſpitiōes ꝑhorreſcimꝰ.
ſi Milonē times,ſi hūc de tua vita nefarie aut nūc cogitare,aut molitū aliqñ aliquid putas: ſi
Italię delectus,vt nōnulli conq̄ſitores tui dictitāt:ſi hęc arma,ſi Capitolinę cohortes,ſi excu-
bię,ſi vigilię,ſi delecta iuuētus,ꝗ̄ tuū corpus domūq; cuſtodit, cōtra Milonis īpetū armata ē,
atq; illa oīa ī hūc vnū īſtituta,parata,ītēta ſunt:magna ī hoc certe vis,& īcredibilis animus,
& nō vniꝰ viri vires,atq; opes īdicant̄ : ſiqdē ī hūc vnū & pſtātiſſimꝰ dux electꝰ,& tota Reſp.
armata eſt. ſed qs nō ītelligit,oēs tibi Reip.ptes ęgras,& labātes, vt eas his armis ſanares, &
cōfirmares,eē cōmiſſas? ꝙ ſi Miloni locus datꝰ eēt,ꝓbaſſet ꝓfecto tibi ipſi,neminē vnꝗ̄ hoīem
homini chariorē fuiſſe,ꝗ̄ te ſibi:nullū ſe vnꝗ̄ ꝑiculū ꝓ tua dignitate fugiſſe: cū illa teterrima
peſte ſępiſſime ꝓ tua gloria cōtēdiſſe: Tribunatū ſuū ad ſalutē meā,ꝗ̄ tibi chariſſima fuiſſet,
cōſiliis tuis gubernatū:ſe a te poſtea defenſum ī ꝑiculo capitis,adiutū ī petitiōe ꝓ̄turę: duos
ſe habere ſemꝑ amiciſſimos ſperaſſe: te tuo beneficio,me ſuo. quę ſi nō ꝓbaret,ſi tibi ita peni-
tus īſediſſet iſta ſuſpitio,nullo vt euelli modo poſſet:ſi deniq; Italia a delectu,vrbs ab armis,
ſine Milonis clade nūꝗ̄ eēt cōquietura: nę iſte haud dubitās ceſſiſſet patria:is q ita natus eſt,
& ita conſueuit,te Magne tñ atteſtaret̄. qđ nūc etiā facit. vide ꝗ̄ ſit varia vitę,cōmutabiliſq;
ratio,ꝗ̄ vaga,volubiliſq; fortuna,quātę īfidelitates ī amicis,ꝗ̄ ad tꝑs aptę ſimulatiōes,quātę ī
ꝑiculis fugę ꝓximoꝝ,quātę timiditates. erit,erit illđ ꝓfecto tēpus,& illuceſcet aliqñ ille dies,
cū tu ſalutaribus vt ſpero rebus tuis,ſed fortaſſe motu aliquo cōmuniū tēpoꝝ īmutatus,q ꝗ̄
crebro accidat,expti debemus ſcire,& amiciſſimi beneuolētiā,& grauiſſimi hoīs fidē,& vniꝰ
poſt hoīes natos fortiſſimi viri magnitudinē animi deſideres. Quāꝗ̄ qs hoc credat?Cn.Pōpeiū
iuris publici,moris maioꝝ,rei deniq; publicę peritiſſimū,cū ſenatus ei cōmiſerit , vt videret
ne qd Reſp.detrimēti caperet,quo vno verſiculo ſatis armati ſemꝑ cōſules fuerūt, etiā nullis
armis datis,hūc exercitu,hūc delectu dato,iudiciū expectaturū fuiſſe ī eius iudiciis vindican
dis,q vel iudicia ipſa tolleret. ſatis iudicatū eſt a Pōpeio,falſo iſta cōferri in Milonē, q legē tu
lit: qua,vt ego ſentio,Milonē abſolui oporteret:vt oēs cōfitent̄,liceret. Quod vero in illo loco,
atq; ī illis publicoꝝ pſidioꝝ copiis circūfuſus ſedet,ſatis declarat,ſe nō terrorē īferre vobis:
quid.n.illo minꝰ dignū?ꝗ̄ cogere vt vos eū cōdēnetis,in quē animaduertere ipſe,& more ma
ioꝝ,& ſuo iure poſſet? ſed pſidio eē,vt ītelligatis,cōtra heſternā cōcionē illā licere vobis qđ
**Clodii crimina.** ſentiatis libere iudicare. Nec vero me Iud.Clodianū crimē mouet:nec tā ſum demēs,tāq; ve-
ſtri ſenſus ignarus,atq; expers,vt neſciā qd de morte Clodii ſentiatis. de qua ſi iā nollē ita di
luere crimē,vt dilui,tñ īpune Miloni palā clamare atq; mētiri glorioſe liceret:occidi,occidi,
nō Spuriū Meliū,qui annona leuāda,iacturiſq; rei familiaris, qa nimis amplecti plebē putaba
tur,in ſuſpitionē īcidit regni appetēdi: nō Ti.Gracchū,q collegæ magiſtratū ꝑ ſeditionē ab-
rogauit:quoꝝ interfectores īplerūt orbē terrarū nois ſui gloria:ſed eū (auderet.n.dicere, cū
patriā ꝑiculo ſuo liberaſſet) cuius nefariū adulteriū ī puluinaribus ſanctiſſimis nobiliſſimæ
fœminę cōpꝛhēderūt:eū,cuius ſupplicio ſenatus ſolēnes religiones expiādas ſępe cēſuit:eū,
**Soror germana.** quē cū ſorore germana nefariū ſtuprū feciſſe L.Lucullus iuratus ſe q̄ſtionibꝰ habitis dixit cō
periſſe:eū,q ciuē,quē ſenatus,quē populus,quē oēs gētes,vrbis, ac vitę ciuiū cōſeruatorē iu-
dicabāt,ſeruoꝝ armis exterminauit:eū,q regna dedit,ademit, orbē terrarū qbuſcū voluit ꝑ-
titus eſt: eū,qui pluribus cędibus ī foro factis ſingulari virtute & gloria ciuē,domū vi & ar
mis cōpulit: eū cui nihil vnꝗ̄ nefas fuit nec in facinore,nec in libidine : eū q ædē Nympharū
**Recenſio.** incēdit,vt memoriam publicā recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret:eū deniq;,
cui iam nulla lex erat,nullum ciuile ius,nulli poſſeſſionū termini: qui non calumnia litium,
**Vindicię.** non iniuſtis vindiciis,ac ſacramentis alienos fundos,ſed caſtris,exercitu,ſignis inferendis pe-

tebat:qui non ſolum Hetruſcos (eos enim ꝑnitus contempſerat) ſed hunc Cn, Pompeiũ vi *
rum fortiſſimũ,atq; optimũ ciuem,iudicem noſtrum ꝑllere poſſeſſionibus,armis,caſtriſq; co
natus eſt:qui cum architectis & decempedis villas multorum,hortoſq; ꝑagrabat: qui Iani- Decẽpedę.
culo,& Alpibus ſpem poſſeſſionũ terminabat ſuarũ:qui cũ ab equite Romano ſplẽdidiſſimo,
& forti viro,T.Pacanio nõ impetraſſet,vt inſulam in lacu Precio vẽderet, repente lyntribus Precius
in eã inſulã materiã,calcem,cęmenta,atq; arma conuexit:domino trans ripã inſpectante,non lacus.
dubitauit ædificiũ extruere in alieno:qui huic T.Furfanio,cui viro dii immortales ? (quid
enĩ de muliercula Sanctia?quid de adoleſcente Apronio dico?quoꝝ vtriq; mortẽ eſt minita-
tus,niſi ſibi hortoꝝ poſſeſſione ceſſiſſet) ſed auſum eſſe Furfanio dicere,ſi ſibi pecuniã quan
tam popoſcerat nõ dediſſet,mortuũ ſe in domũ eius illaturũ . qua inuidia huic eſſet tali vi-
ro conflagrãdũ?qui Appiũ fratrẽ hominẽ mihi coniũctũ fideliſſima gratia,abſentẽ de poſſeſ-
ſione fundi deiecit:qui parietẽ ſic ꝑ veſtibulũ ſororis inſtituit ducere,ſic agere fundamenta,
vt ſororẽ nõ modo veſtibulo priuaret,ſed omni aditu & lumine. q̃q̃ hæc quidẽ iam tolerabi
lia videbãtur: etſi æqualiter in rẽpublicã,in priuatos,in longinquos,in propinquos, in alie-
nos,in ſuos irruebat:ſed neſcio quomodo vſu obdurnerat & ꝑcalluerat ciuitatis incredibi Percallere.
lis patiẽtia. quæ vero aderant iã,& impẽdebãt,quonã modo ea aut depellere potuiſſetis?aut
ferre imperiũ? ſi id ille nactus eſſet. omitto ſocios,exteras nationes,Reges,Tetrarchas(vota
enĩ feceratis,vt in eos ſe potius mitteret,q̃ in veſtras poſſeſſiones, veſtra tecta, veſtras pecu-
nias)dico,a liberis mediuſfidius,& a cõiugibus veſtris nũq̃ ille effrenatas ſuas libidines cohi
buiſſet.Fingi hæc putatis?quę patẽt?quę nota oĩbus?q̃ tenẽtur? ſeruoꝝ exercitus illũ in vrbe
conſcripturũ fuiſſe,per quos totã Rẽp.reſq; priuatas omniũ poſſideret. Quãobrẽ ſi cruẽtum
gladiũ tenẽs clamaret T.Annius,adeſte queſo,atq; audite ciues:P.Clodiũ interfeci:eius furo
res,quos nullis iã legibus,nullis iudiciis frenare poteramus,hoc ferro, & hac dextera a cer-
uicibus repuli:per me vnũ effectũ eſt,vt ius,æquitas,leges,libertas,pudor, pudicitia in ciui-
tate manerẽt: enĩuero timẽdũ quonã modo id factũ ferret ciuitas? nũc enĩ qs eſt,q non ꝓbet?
qui nõ laudet?q nõ vnũ poſt hominũ memoriã T.Anniũ plurimũ Reip.profuiſſe,maxima lę
titia Populũ Romanũ,cũctã Italiã,nationes oẽs affeciſſe,& dicat,& ſentiat?Nequeo vetera il
la Populi Romani quãta fuerint gaudia iudicare. multas tñ iã ſummoꝝ imperatoꝝ clariſſi-
mas victorias ætas noſtra vidit,quarũ nulla neq; tã diuturnã attulit lętitiã,nec tãtã.mãdate
hoc memorię Iudices. ſpero multa vos liberoſq; veſtros in Rep.bona eẽ viſuros.in his ſingu
lis ita ſemꝑ exiſtimabitis,viuo P.Clodio nihil hoꝝ vos viſuros fore.in ſpem maximã, & quẽ Fore.
admodũ cõfido,veriſſimã adducti ſumus:hũc ipm annũ,hoc ſummo viro cõſule,cõcuſſa ho
minũ licẽtia,cupiditatibus fractis,legibus,& iudiciis cõſtitutis,ſalutarẽ ciuitati fore.nũ quis
igit̃ eſt tã demens?qui hoc P.Clodio viuo cõtingere potuiſſe arbitret̃?Quid?ea q̃ tenetis pri
uata atq; veſtra,dominãte hoĩe furioſo,qđ ius ꝑpetuę poſſeſſionis habere potuiſſent?Non ti-
meo Iud.ne odio inimicitiarũ mearũ inflãmatus libẽtius hęc in illũ euomere videar,q̃ veriꝰ. Libẽtius q̃
etenim etſi p̄cipuũ eſſe debebat , tñ ita cõmunis erat oĩm ille hoſtis, vt ĩ cõmuni odio pene verius.
æqualiter verſaret̃ odiũ meũ. nõ põt dici ſatis,ne cogitari qdẽ,quãtũ in illo ſceleris,quantũ
exitii fuerit.Quin ſic attẽdite Iudices.nẽpe hęc eſt q̃ſtio de interitu P.Clodii. fingite animis:
liberę.n.ſunt cogitationes noſtrę:& q̃ volũt ſic intuent̃,vt ea cernimus,q̃ videmꝰ.fingite igit̃
cogitatione imaginẽ huius conditionis meę,ſi poſſim efficere vt Milonẽ abſoluatis,ſed ita,ſi
P.Clodius reuixerit. quid vultu extimuiſtis?quonã modo ille vos viuus affecerat, q mortuꝰ
inani cogitatione ꝑcuſſit?quid?ſi ipſe Cn.Põpeius, q ea virtute ac ſapiẽtia eſt, vt ea potuerit
ſemꝑ,q̃ nemo p̄ter illũ:ſi is inquã potuiſſet,vt q̃ſtionẽ de morte P.Clodii ferre,ſic ipm ab infe
ris excitare:vtrũ putatis potius facturũ fuiſſe?etiã ſi ꝓpter amicitiã vellet illũ ab inferis reuo
care:ꝓpter rẽpublicã,non feciſſet.Eius igit̃ mortis ſedetis vltores,cuius vitã ſi putetis ꝑ vos
reſtitui poſſe,nolitis:& de eius nece lata q̃ſtio eſt,q ſi eadẽ lege reuiuiſcere poſſet,lata lex nũ Reuiuiſce-
q̃ eſſet. huius ergo interfector nõ eſſet in cõfitẽdo ab his ĩpetraturus,ne pœnã timeret,quos re.
liberauiſſet?Gręci hoĩes deoꝝ honores tribuunt his viris,q Tyrãnos necauerũt . quę ego vi
di Athenis?q̃ aliis in vrbibus Gręcię?quas res diuinas talibus inſtitutas viris?quos cantus?q̃
carmina?ꝓpe ad ĩmortalitatẽ & religionẽ & memoriã cõſecrant̃.vos tãti cõſeruatorẽ populi,
tãti ſceleris vltorẽ,nõ modo honoribus nullis afficietis,ſed ad ſuppliciũ rapi patiemini?Con
fiteret̃,cõfiteret̃ inquã,ſi feciſſet,& magno animo,& libẽter, ſe feciſſe libertatis oĩm cauſa:qđ
certe ei nõ cõfitẽdũ modo fuiſſet,verũ etiã p̄dicãdũ.Etenim ſi id nõ negat,ex quo nihil petit,

niſi vt ignoſcatur,dubitaret id fateri,ex quo etiã p̃mia laudis eſſent ꝑtẽda?niſi vero gratius
putat eſſe vobis,ſui ſe capitis,ꝗ̃ veſtri ordinis defenſorẽ fuiſſe:cũ p̃ſertim in ea confeſſione,ſi
grati eſſe velletis,honores aſſequeretᷣ ampliſſimos.Si factũ vobis nõ ꝓbaretᷣ ( ꝗ̃ꝗ̃ qui poterat
ſalus ſua cuiq; nõ ꝓbari?) ſed tñ ſi minus fortiſſimi viri virtus ciuibus grata cecidiſſet, ma-
gno animo cõſtãtiq; cederet ex ingrata ciuitate. nã qd eſſet ingratius?ꝗ̃ lętari cęteros,lugere
eũ ſolũ,propter quẽ cęteri lętarẽtur? ꝗ̃ꝗ̃ hoc animo ſemꝑ oẽs fuimus in patrię proditoribus
opprimẽdis:vt quoniã noſtra futura eſſet gloria,ꝑiculũ quoq; & inuidiã noſtrã ꝑtaremꝰ.
nã quę mihi cõtribuẽda laus eſſet ipſi,cũ tãtũ in conſulatu meo ꝓ vobis ac liberis veſtris au
ſus eſſem:ſi id qđ conabar,ſine maximis dimicationibus meis me eſſe auſurũ arbitrarer?quæ
mulier ſceleratũ ac ꝑniciosum ciuẽ occidere nõ auderet,ſi ꝑiculũ nõ timeret?Propoſita^e^ in-
uidia,morte,pœna,qui nihilo ſegnius Rẽp.defendit,is vir vere putãdus eſt.populi grati eſt,
pręmiis afficere bene meritos de Repu.ciues:viri fortis,ne ſuppliciis qdẽ moueri,vt fortiter
feciſſe pœniteat. Quãobrẽ vteretᷣ eadẽ cõfeſſione T.Annius,qua Hala,qua Naſica,qua Opi-
mius,qua Marius,qua noſmetipſi:& ſi grata Reſp.eſſet,lętaretᷣ:ſi ingrata, tũ in graui fortu-
na conſciẽtia ſua niteretur. ſed huius beneficii gratiã Iud.fortuna Populi Romani,& veſtra
felicitas,& dii immortales ſibi deberi putãt.Nec vero qſꝗ̃ aliter arbitrari poteſt, niſi ꝗ nullã
vim cęleſtẽ exiſtimat,numenve diuinũ: quẽ neq; ĩꝑii veſtri magnitudo,neq; ſol ille,nec cęli,
& ſignoꝝ motus, nec viciſſitudines rerũ,atq; ordines mouẽt,neq; id qđ maximũ eſt, maiorũ
ſapiẽtia:ꝗ ſacra,ꝗ cerimonias,ꝗ auſpicia & ipſi ſanctiſſime coluerũt,& nobis ſuis poſteris ꝓdi
Vis cęleſtis. derunt.Eſt ꝓfecto illa vis:neq; in his corporibus,atq; in hac imbecillitate noſtra ineſt quiddã
qđ vigeat,& ſentiat,& nõ ineſt in hoc tãto naturę,tã p̃claro motu. niſi forte idcirco nõ pu-
tãt,ꝗa nõ apparet,nec cernitᷣ:perinde quaſi noſtrã ipſam mẽtẽ, qua ſapimus, qua ꝓuidemus,
qua hęc ipſa agimus,ac dicimus,videre,aut plane qualis,aut vbi ſit,ſentire poſſimus.Ea vis,
ea eſt igitᷣ,ꝗ̃ ſępe incredibiles huic vrbi felicitates,atq; opes attulit: quę illã ꝑniciẽ extinxit,ac
ſuſtulit:cui primũ mẽtẽ iniecit,vt vi irritare ferroq; laceſſere fortiſſimũ virũ auderet:vince-
returq; ab eo,quẽ ſi viciſſet,habiturus eſſet ĩpunitatẽ,& licẽtiã ſempiternã. non eſt humano
cõſilio,nec mediocri qdẽ Iudices deoꝝ immortaliũ cura res illa ꝑfecta. religiones mehercule
ipſę,aręq;,cũ illã belluã cadere viderũt,cõmouiſſe ſe videntᷣ,& ius in illo ſuũ retinuiſſe. vos
Albani tumuli. enĩ Albani tumuli atq; luci,vos inquã imploro,atq; obteſtor,voſq; Albanoꝝ obrutę arę ſa-
croꝝ Populi Romani ſocię,& ęquales : quas ille p̃ceps amẽtia,cęſis,ꝓſtratiſq; ſanctiſſimis lu-
cis,ſubſtructionũ inſanis molibus opp̃ſſerat:veſtrę tũ arę,veſtrę religiones viguerunt,veſtra
Iupiter Latialis. vis valuit,quã ille omni ſcelere polluerat:tuq; ex tuo edito mõte Latialis ſancte Iupiter,cuiꝰ
ille lacus,nemora,fineſq;,ſępe omĩ nefario ſtupro,& ſcelere macularat: aliquãdo ad eũ puniẽ
dũ oculos apꝑuiſti. vobis illę,vobis veſtro in cõſpectu ſerę,ſed iuſtę tñ, & debitę pœnę ſolu-
tę ſunt. niſi forte hoc etiã caſu factũ eſſe dicimus,vt ante ip̃m ſacrariũ Bonę deę,qđ eſt ĩ fun
do T.Sextii Galli in primis honeſti,& ornati adoleſcẽtis:ante ip̃am inquã Bonã deã,cũ p̃liũ
cõmiſiſſet,primũ illud vulnus accepꝑit,quo teterrimã mortẽ obiret:vt nõ abſolutus iudicio
illo nefario videretᷣ,ſed ad hãc inſignẽ pœnã reſeruatus.Nec vero nõ eadẽ ira deoꝝ hãc eius
ſatellitibus iniecit amẽtiã,vt ſine imaginibus,ſine cantu,ſine ludis,ſine exequiis,ſine lamẽtis,
ſine laudationibus,ſine funere,oblitus cruore,& luto,ſpoliatus illius ſup̃mi diei celebritate,
quã cõcedere etiã inimici ſolẽt,ambureretᷣ etiã abiectus.nõ fuiſſe credo fas clariſſimoꝝ viro-
rũ formas illi teterrimo parricidę aliqd afferre:neq; vllo in loco potius mortẽ eius lacerari,ꝗ̃
in quo vita eſſet dãnata.Dura mihi mediuſfidius iã fortuna Populi Romani,& crudelis vi-
debatᷣ,ꝗ̃ tot annos illũ in hãc Rẽp.inſultare videret,& pateretᷣ. polluerat ſtupro ſanctiſſimas
religiones:Senatꝰ grauiſſima decreta ꝑfregerat:pecunia ſe palã iudicibꝰ redemerat:vexarat ĩ
tribunatu ſenatũ:oĩm ordinũ cõſenſu ꝓ ſalute Reip.geſta reſciderat:me patria expulerat:bo
na diripuerat:domũ incẽderat:liberos,cõiugẽ meã vexauerat:Cn.Põpeio nefariũ bellũ indixe
rat:magiſtratuũ priuatorũq; cędes effecerat:domũ mei fratris incẽderat: vaſtarat Hetruriã:
multos ſedibus,ac fortunis eiecerat,inſtabat,vrgebat:cape eius amẽtiã ciuitas, Italia,ꝓuincię,
regna nõ poterãt:incidebantᷣ iã domi leges,ꝗ nos noſtris ſeruis addicerẽt:nihil erat cuiuſꝗ̃,qđ
qdẽ ille adamaſſet,qđ nõ hoc anno ſuũ fore putaret:obſtabat eius cogitationibus nemo,p̃ter
illũ Milonẽ ipſum,qui poterat obſtare:Cn.Pompeiũ nouo reditu in gratiã quaſi deuinctũ ar
bitrabatur:Cæſaris potentiã,ſuã potentiã eſſe dicebat: bonoꝝ animos etiã in meo caſu cõtẽ-
p̃ſerat:Milo vnus vrgebat. Hic dii immortales,vt ſupra dixi, mentẽ dederunt illi ꝑdito,ac

furioſo,vt huic faceret inſidias. aliter perire peſtes illa non potuit. nũq̃ illum Reſp.ſuo iure eſſet vlta.Senatus credo prætorem eũ circũſcripſiſſet.ne cũ ſolebat quidẽ id facere, in priuato eodem hoc,aliquid profecerat.An conſules in prætore coercendo fortes fuiſſent?primum Milone occiſo habuiſſet ſuos conſules. deinde quis in eo prætore conſul fortis eſſet,per quẽ tribunũ,virũ conſularem,crudeliſſime necatum eſſe meminiſſet? omnia poſſideret,teneret:lege noua,quæ eſt inuenta apud eũ cũ reliquis legibus Clodianis,ſeruos noſtros libertos ſuos feciſſet:poſtremo,niſi eũ dii immortales in eã mẽtem impuliſſent,vt homo effœminatus fortiſſimũ virũ conaretur occidere,hodie Remp.nullã haberetis.An ille prętor,ille vero cõſul, ſi modo hæc templa,atqꝫ ipſa mœnia ſtare eo viuo tãdiu, & conſulatũ eius expectare potuiſſet,ille deniqꝫ viuus,mali nihil feciſſet?qui mortuus vno ex ſuis ſatellitibus Sex. Clodio duce,curiã incenderit?Quo quid miſerius?quid acerbius?quid luctuoſius vidimus?templũ ſanctitatis,amplitudinis,mẽtis,cõſilii publici,caput vrbis,aram ſocioꝝ,portũ omniũ gẽtiũ,ſedẽ ab vniuerſo Populo Romano cõceſſam vni ordini,inflãmari,excindi,funeſtari.neqꝫ id fieri a multitudine imperita,q̃q̃ eſſet miſerũ id ipm,ſed ab vno,qui cũ tantũ auſus ſit vltro ꝓ mortuo,quid ſignifer pro viuo nõ eſſet auſus?In curiã potiſſimũ abiecit:vt eã mortuus incenderet,quã viuus euerterat. & ſunt q de via Appia q̃rãtur?taceãt de curia? ecquãdo ab eo ſpirãte forũ potuiſſet defendi,cuius nõ reſtiterit cadaueri curia?Excitate, excitate eũ ſi poteſtis a mortuis:frangetis impetũ viui,cuius vix ſuſtinetis furias inſepulti. niſi vero ſuſtinuiſtis eos qui cũ facibus ad curiã cucurrerũt: cũ falcibus ad Caſtoris, cũ gladiis toto foro volitarunt. Ad Caſtoris.
Cędi vidiſtis Populũ Romanũ,cõcionẽ gladiis diſturbari,cũ audiret ſilẽtio M. Cęlius Tribunus Pl.vir fortiſſimus,& in ſuſcepta cauſa firmiſſimus, & bonoꝝ volũtati & auctoritati ſenatus deditus,& in hac Milonis ſiue inuidia,ſiue fortuna,ſingulari,diuina, & incredibili fide.

Sed iã ſatis multa de cauſa,extra cauſam etiã nimis fortaſſe multa.Quid reſtat?niſi vt orẽ, obteſterqꝫ vos Iudices,vt etiã miſericordiã tribuatis fortiſſimo viro,quã ipſe nõ iplorat:ego aũt repugnãte hoc,imploro,& expoſco. Nolite ſi in veſtro oĩm fletu nullã lachrymã aſpexiſtis Milonis:ſi vultũ ſemꝑ eũdẽ,ſi vocẽ,ſi orationẽ ſtabilẽ,ac nõ mutatã videtis: hoc minꝰ ei parcere.atqꝫ haud ſcio,an multo etiã ſit adiuuãdus magis. Eteni ſi in gladiatoriis pugnis,& infimi generis hoĩm cõditione,atqꝫ fortuna,timidos & ſupplices,& vt viuere liceat obſecrantes,etiã odiſſe ſolemus:fortes,& animoſos,& ſe acriter ipſi morti offerẽtes ſeruare cupimus: eorũqꝫ nos magis miſeret,q noſtrã miſericordiã nõ req̃rũt,q̃ qui illã efflagitãt:quãto hoc magis in fortiſſimis ciuibus facere debemus?Me qdẽ Iud.exanimãt & interimũt hę voces Milonis,quas audio aſſidue, & q̃bus adſum quotidie. Valeãt,inq̃t,valeãt ciues mei,ſint icolumes, Ciues mei.
ſint florẽtes,ſint beati,ſtet hęc vrbs p̄clara,mihiqꝫ patria chariſſima,quoquo modo merita de me erit:tranq̃lla Rep.ciues mei, quoniã mihi cũ illis nõ licet, ſine me ipſi,ſed ꝑ me tñ,ꝑfruãtur:ego cedã,atqꝫ abibo.Si mihi Rep.bona frui nõ licuerit, at carebo mala:& q̃primũ tetigero bene moratã,& liberã ciuitatẽ,in ea cõquieſcã.O fruſtra,inq̃t,ſuſcepti mei labores:O ſpes fallaces:O cogitationes inanes meę.Ego cũ Tribunꝰ Pl.Rep.oppſſa me ſenatui dediſſem, quẽ extinctũ acceperã:eq̃tibus Romanis,quoꝝ vires erãt debiles:bonis viris, q omnẽ auctoritatẽ Clodianis armis abiecerãt: mihi vnq̃ bonoꝝ p̄ſidiũ defuturũ putarẽ?Ego cũ te (mecũ eñ ſæpiſſime loquit̃) patrię reddidiſſem,mihi nõ futurũ i patria putarẽ locũ? Vbi nũc ſenatus eſt, quẽ ſecuti ſumus?vbi eq̃tes Romani,illi,illi,inq̃t,tui?vbi ſtudia municipioꝝ?vbi Italię voces? vbi deniqꝫ tua M.Tulli,quæ plurimis fuit auxilio,vox & defenſio? mihi ne ea ſoli qui pro te toties morti me obtuli,nihil põt opitulari? Nec vero hęc Iud.vt ego nũc,flens,ſed hoc eodẽ loquit̃ vultu,quo videtis.Negat.n.ſe,negat ingratis ciuibꝰ feciſſe,q̃ feciſſet:timidis & oĩa circũſpiciẽtibꝰ pericula,nõ negat.plebẽ,& infimã multitudinẽ,q̃ P. Clodio duce fortunis veſtris imminebat:eã quo tutior eẽt vita veſtra, ſe feciſſe cõmemorat vt nõ modo virtute flecteret, ſed etiã tribus ſuis patrimoniis deliniret:nec timet,cũ plebẽ muneribus placarit, vos nõ conciliarit meritis in Rẽp.ſingularibus. Senatus erga ſe beneuolẽtiã tẽporibus his ipſis ſæpe eſſe perſpectã.veſtras vero,& veſtroꝝ ordinũ occurſationes,ſtudia,ſermones,quẽcũqꝫ caſum fortuna dederit,ſecũ ablaturũ eſſe dicit.Meminit etiã ſibi vocẽ p̄conis modo defuiſſe,quã minime deſiderat:populi vero cũctis ſuffragiis, q̃d vnũ cupierit,ſe cõſulẽ declaratũ: nũc deniqꝫ ſi hęc cõtra ſe ſint futura,ſibi facinoris ſuſpitionẽ nõ facti crimẽ obſtare. Addit hęc q̃ certe vera ſunt,fortes & ſapiẽtes viros non tã p̄mia ſequi ſolere recte factorũ,q̃ ipſa recte facta.Se nihil in vita niſi pręclariſſime feciſſe.ſi quidẽ nihil ſit p̄ſtabilius viro,q̃ periculis patriã liberare.

Margin notes: * — Milonis liberalitas. — Meminit defuiſſe. — At.

beatos eſſe, quibus ea res honori fuerit a ſuis ciuibus: nec tamen eos miſeros, qui beneficiō ciues ſuos vicerint. Sed tamē ex omnibus præmiis virtutis, ſi eſſet habenda ratio præmiorū, amplissimū eſſe præmiū gloriam: eſſe hanc vnā, quæ breuitatē vitæ poſteritatis memoria cōſolaretur: quæ efficeret, vt abſentes adeſſemus, mortui viueremus: hāc deniq; eſſe, cuius gradibus etiā homines in cęlū videātur aſcēdere. De me, inquit, ſemꝑ Populus Romanus, ſemꝑ oēs gētes loquētur, nulla vnq̃ obmuteſcet vetuſtas. quin hoc tēpore ipſo, cū oēs a ſuis inimicis faces inuidię meę ſubiiciātur, tñ omni in hominū cœtu gratiis agēdis, & gratulationibus habēdis, & omni ſermone celebramur. Omitto Hetrurię feſtos & actos & inſtitutos dies. centeſima lux eſt hęc ab interitu P. Clodii, & opinor altera: qua fines imꝑii Populi Romani nō ſolū fama iā de illo, ſed etiā lętitia ꝑagrauit. Quāobrē vbi corpus hoc ſit, nō, inquit, laboro: quoniā oībus in terris & iā verſatur, & ſemꝑ habitabit nominis mei gloria. Hęc tu mecū ſęꝑe his abſentibus: ſed hiſdē audiētibus, hæc ego tecū Milo. Te q̄dē ꝙ iſto animo es, ſatis laudare non poſſum: ſed quo eſt illa magis diuina virtus, eo maiore a te dolore diuellor. Nec vero ſi mihi eripꝑis, reliqua eſt illa tñ ad conſolandū querela, vt his iraſci poſſim, a q̄bus tātū vulnus accepꝑo. Non em̄ inimici mei te mihi eripient, ſed amiciſſimi: nō male aliquando de me meriti, ſed optime. Nullū vnq̃ Iudices mihi tātū dolorē inuretis: etſi quis poteſt eſſe tātus? ſed ne hūc q̄dē ipſum, vt obliuiſcar, quāti me ſemꝑ feceritis. quæ ſi vos cepit obliuio, aut ſi in me aliq̄d offendiſtis, cur non id meo capite potius luitur, q̃ Milonis? Pręclare em̄ vixero, ſi quid mihi acciderit, prius q̃ hoc tātū mali videro. Nūc me vna cōſolatio ſuſtētat, ꝙ tibi o T. Anni nullū a me amoris, nullū ſtudii, nullū pietatis officiū defuit. Ego inimicitias potentiū pro te appꝑtiui: ego meū ſæꝑe corpus & vitā obieci armis inimicoꝝ tuoꝝ: ego me plurimis pro te ſupplicē abieci: bona, fortunas meas, ac liberoꝝ meoꝝ in cōmunionē tuoꝝ tēporū contuli. Hoc deniq; ipſo die, ſiqua vis eſt parata, ſiqua dimicatio capitis futura, depoſco. Quid iam reſtat? quid habeo? quid dicā? quid faciā pro tuis in me meritis? niſi vt eam fortunā, quęcūq; erit tua, ducam meam? Non recuſo, nō abnuo: voſq; obſecro Iudices, vt veſtra beneficia, quę in me cōtuliſtis, aut in huius ſalute augeatis, aut in eiuſdē exitio occaſura eſſe iubeatis. His lachrymis nō mouetur Milo, eſt quodā incredibili robore animi ſeptus: exiliū ibi eſſe putat, vbi virtuti nō ſit locus: mortem naturæ finem eſſe, nō pœnā. Sit hic ea mente, qua natus eſt. quid vos Iudices? quo tandē animo eritis? memoriā Milonis retinebitis? ipſum eiicietis? & erit dignior locus in terris vllus, qui hanc virtutem excipiat, q̃ hic, qui procreauit? Vos, vos appello fortiſſimi viri, q multū pro Rep. ſanguinē effudiſtis: vos in viri, & in ciuis inuicti appello periculo Centuriones, voſq; milites: vobis nō modo inſpꝑctantibus, ſed etiā armatis, & huic iudicio ꝓſidentibus, hæc tanta virtus ex hac vrbe expꝑlletur? exterminabit̄? eiicietꝰ? O me miſerū: O me infelicem: reuocare tu me in patriā Milo potuiſti ꝑ hos, ego te in patria ꝑ eoſdem retinere non potero? quid reſpondebo liberis meis, qui te parentē alterū putant? quid tibi Q. frater, qui nūc abes, conſorti mecū temporū illorū? me non potuiſſe Milonis ſalutem tueri ꝑ eoſdē, ꝑ quos noſtrā ille ſeruaſſet? at in qua cauſa nō potuiſſe? quę eſt grata gentibus. a quibus nō potuiſſe? ab his qui maxime P. Clodii morte acquierūt. quo deprecante? me. quodnā concepi tantū ſcelus? aut q̄d in me tantū facinus admiſi Iudices? cum illa indicia cōmunis exitii indagaui, pateſeci, protuli, extinxi. oēs in me meoſq; redūdāt ex illo fonte dolores. Quid me reducē eſſe voluiſtis? an vt inſpꝑctāte me expꝑllerētur hi, ꝑ quos eſſem reſtitutus? Nolite, obſecro vos, pati, mihi acerbiorē reditū eē, q̃ fuerit ille ipſe diſceſſus. Nam qui poſſum putare me reſtitutum eſſe, ſi diſtrahor ab iis, ꝑ quos reſtitutus ſum? Vtinā dii immortales feciſſent (pace tua patria dixerim: metuo em̄ ne ſcelerate dicā in te, q̄d ꝓ Milone dicā pie) vt P. Clodius nō modo viueret, ſed etiā prętor, conſul, Dictator eſſet, anteq̃ hoc ſpꝑctaculū viderē. O dii immortales fortē, & a vobis Iud. cōſeruādū virū. minime, minime, inquit: immo vero pœnas ille debitas luerit. nos ſubeamus, ſi ita neceſſe eſt, nō debitas. Hiccine vir patriæ natus, vſq̃ niſi in patria morietur? aut ſi forte pro patria, huius vos animi monimenta retinebitis, corporis in Italia nullū ſepulcrū eſſe patiemini? hūc ſua quiſq̃ ſententia ex hac vrbe expꝑllet, quē oēs vrbes expulſum a vobis ad ſe vocabūt? O terrā illā beatā, quę hunc virū excepꝑrit: hanc ingratā, ſi eiecerit: miſerā, ſi amiſerit. Sed finis ſit: neq; em̄ ꝑ lachrymis loqui poſſum: & hic ſe lachrymis defendi vetat. vos oro obteſtorq; Iudices, vt in ſentētiis ferēdis, q̄d ſentietis, id audeatis. veſtrā virtutē, iuſtitiā, fidē (mihi credite) is maxime probabit, qui in iudicibus legendis optimum, & ſapientiſſimum quenq; legit.

Virtutis ꝑmiū āpliſſ. gloria.

Cepit obliuio.

Occaſura.

Concipere ſcelus.